

Sermo exhortatori⁹ cancel- larij Ebor̄. hijs qui ad sacros ordines petunt promoueri.

+ Willelmi Melton 1317

Quia ad sacrosanctam matrē metropolita-
nam ecclesiā Eboracēsem: seu certe ad exi-
miam auctoritatē et iurisdictionē dñi ar-
chipresulis Eboraceñ. scdm singulorum
annorum quatuor tpa pro sacris ordinibus suscipiē-
dis: cōfluere solet semp maxima iuuenū multitudo:
haud abs re: nec prorsus inutile visum est tante et tali
indoli iuuētutis: cōpendiosum scripto edere sermo-
nem exhortatoriū non tā pro rei dignitate disertū: q̄
potius tpis nr̄i moribus & cōsuetudini accōmodatū.
Quo sermone nostro singulus quisq3 examinandus
admoneat̄ apud semetipm rite cogitare et cu3 omni
mentis diligētia cōsiderare: quis et quātus: q̄ sctūs/
et q̄ sublimis extat ordo sacri sacerdotij: priusq̄ ipse
rudis: incultus & inabilis preprope festinet: tantis
et tā misticis ac mirabilib⁹ sacramentis iniciari. Nā
si (vt primo regū. vi. capl'o refertur) bethsamites eo
q̄ vidissent arcam dñi dei Isrl'. Licet holocausta of-
ferentes & immolantes victimas tamē pcussi fuerāt
plaga magna/ in septuaginta viris & quinquaginta
millibz plebis/ que Arca tātūmodo figurā gerebat
veritatis. Et si pp̄ter eādem Archā Oza pcussus in-
teriit. q̄ eam nutātem ad ruinā p̄sumpsisset eleuato
brachio sustētare vt .ii. regū sexto scriptū est. Quis
nō cū ingenti pauore cū summa reuerentia & sancto ti-
more accedet ad ipsius veritatis altare sacratissimū
vbi manibz mortaliū tāgitur & tractatur (sub spetie

bus licet panis ꝛ vini) verũ corpus veri ꝛ immorta-
lis dei dñi nr̃i iesu xp̃i. Ad hanc nãqꝫ sublimẽ assisten
tiã: ordinati oẽs etiã minores preparant: qui vero sa
cris funguntᷣ ordinibus ꝓpius accedũt altari ꝛ fami
liari⁹: deniqꝫ qui ipso insigniti sunt sacerdotio: v̄bis
et ore ꝑ ministerio ↄficiũt / manibus quoqꝫ tangũt et
attrectant tã mirabile et tã ineffabile fidei catholice
principale sacramẽtum. Ordinãdus igitᷣ iã iã quisqꝫ
in sacerdotẽ / alta mẽtis contẽplatione huĩliter et de-
uotissime potest secũ meditari / semetipm̃ inter ordi-
nandũ: quasi vnũ adesse ex duodecĩ circũsedentibus
xp̃m in cena gloriosa: quos duodecim apostolos tũc
christus ipse dignat⁹ est in sacerdotos adoptare: cũ
dixit. Hoc facite in meã ↄmemorationẽ. Hui⁹ ergo or
dinis dignitas: longe supat veteris olim legis vetu-
stum Aaron sacerdotiũ: hui⁹ ordinis sublimitas cel
sior est angelis / facultas prestãcior celorꝫ virtutib⁹.
Eteni ordo iste is est: quẽ de⁹ dei vnigenit⁹ in terris
per seipm̃ in ara crucis administrauit: et iã celo re-
gnans: apud patrẽ exercere pro nobis nõ desinit. Et
quẽ exercendũ in terris ip̃is apostolis et eorꝫ succes-
soribus sacerdotibus in finẽ seculi dereliquit. Quare
agite o preclari iuuenes i presbiteros. i. senes. hoc est
in sacrũ istud sacerdotuꝫ collegiũ adoptãdi: maturo
vobiscũ: deliberato et diffinito iudicio rẽ tã arduã tã
sanctã ꝓ ei⁹ superexcelsa dignitate: ꝓ onere tanto ꝛ tã
ta grauitate pẽsate atqꝫ aĩaduertite. Et iã nõ passim
(puto) accedetis (vt solet fieri) nõ insolentᷣ ꝓcaciter
aut proterue vt quasi improbo iure vendicetis ab ex
aminatoribus vestrã admissionem. Eruditissimus
eni quispiam ꝛ exercitatissim⁹ sanctarꝫ scripturarꝫ
pluribus licet bonis morib⁹ ornat⁹ atqꝫ probat⁹ ꝛ oĩ

vita sua vir grauissim⁹ atq̧ cōsummatissim⁹ haud reputari debet satis idone⁹ ad tā sacra ⁊ celsa miste ria: nisi cū oi reuerētia. A sctā m̄re ecclesia offeratur episcopo āpli⁹ ꝓbandus ⁊ ab eodem p̄sule nullo iu- re: sed ex mera pastorali gratia/ suscipiat̄ cōsecrand⁹ Audite ergo ⁊ equo atq̧ grato poti⁹ aīo (si potestis) accipite quos ⁊ q̄ multos ex vobis examinatores isti v̄ri merito ac iure pn̄t et debēt: a sacris aut arcere/ re pellere ve/ aut reicere ordinib⁹. Speciosus p̄rimū iu uenis si fueris nature dotib⁹ vndiq̧ illustratus. In- genio felici atq̧ acerrimo p̄edit⁹ lr̄is apprime studio- sus atq̧ prouect⁹. Addo etiā ꝙ stemate fulgeas atq̧ illustri prosapia. Si tn̄ ex hijs aut silibus tuo corde aut spiritu intumescas si feruidos aut elatos spiras animos/ si mente supbias/ si te ceteris animo p̄e- feras/ si demū nō ad doctrinā ⁊ scolā accesseris eius: qui dixit. Discite a me: q2 mitis sū et humilis corde. non tātum ab hijs sacris ordinibus arcēdus es: aut repellendus ꝑ tēpore: sed prorsus et omnino reicien- dus: q̄diu te tenet tanta ⁊ tā dira vanitatis ꝑturba- tio. Quare tumidi oēs/ feruidi/ iracūdi/ impaciētes/ verbis cōtumeliosi/ aut gestu: vel vultu insolētes et supbi: hic oēs arceant̄: atq̧ remoueant̄. Non eni re- quiescit spūs sctūs nisi sup humilē ⁊ trementē sermo nes dei. Si tibi ipsi forsitan videare: aut sis reuera hijs ip̄is instructior: quos āte tuos oculos examina- tor admiserit te vero eodē t̄pe reiecto: caue omne ver bū insolens/ opprobriosū/ cōtumeliosū: aut ꝑ cōpara tionē alioꝝ et tui odiosū. Nā cū iudicādus assis gra ui maioꝝ iudicio: sed sola eorum gratia admittēdus. nullam ꝑpessus es iniuriā si arcearis: idcirco nullo modo act⁹ et opa iudicis tui debes iudicare: sed cum

omni paciencia aiam tuā possidе. Sic enim citius et melius/alio demum tēpore(cū semp equo aio: etiam vsqz septies pseuerauerit) admittēdꝰ es ꝛ suscipiendus. Hec de humilitate dicta ꝛ de māsueta patientia cuilibet ordinando esse debent ꝛ ad manum prompta ꝛ corde summe familiaria. Arcendi quoqz sunt omnes ꝛ singuli pro eo saltem tēpore ordinationis (licet alias valde habiles appareāt) qui vel nobiliū vel quorumcunqz litteris vel verbo aut nuncio ad ordines commendantur. Insuper si vlla vel minia intercessione clericoꝝ aut laicoꝝ/aut quorūlibet hoim/examinatores pro ordinādis interpellētur: aut quoquo modo vexent aut fatigent. Interpellatio nāqz talis adeo pestifera est vt nisi extinguat oio/non liberabitur ecclesia a multitudine rudiū ꝛ stolidoꝝ clericoꝝ. Premoneantur ergo oēs ꝛ singuli ordinandi/ ꝙ vel vnicum pcis ꝛ cōmendatiōis verbū examinatori porrectū/saltē eo tempore/impediet eos ab ordinis sacri susceptione/vt potius omnes ordinādi rogent ne quis p eis verbū faciat aut fundat pces. Nō enim ꝯ his cōmēdatitiis de pericia vel doctrina familiaribꝰ beniuolis vel vllis pcibus agendū est ibi/vbi grauit ipsius examinatoris oneratur cōsciētia. Onerat inꝗ ne imperitū ꝛ indoctū vllo modo admittat. Nō autē adeo oneratur vt oēs habiles suscipiat seu admittat sed ex ea pte est sibi relicta liberior conscientia: si non irritatione aliqua: nō odio aut acceptatiōe psone aut alia quauis passiōis cecitate (quod nō facile cōtingit) erga ordinādum laboret aut teneat. Nā cum de ordinandis scripserat Paulus apls thimotheo. Manū cito nemini iposueris/vide vt nemini dixit idest generali nulli viro/nō tunc addidit nisi valde idoneis:

quasi negligentie reus esset: si non velociter faciliter
cito/valde habiles admiserit: verū etiam in pͥcipuis
illis ordinandis: iusta mora et cūctatio circum specta
nō inutilis sed necessaria est: pͥsertim vbi omne ma-
net periculū/ne inhabilis q̄spiā ecclesiā subintraret
nostris maxime tpibus habundante tanta copia cle-
ricorū. Quare de imperitis ꝛ inabilibus admissis ad
sacros ordines/examinatores grauiter rei tenenꝭ/
de pretermissis vero habilibus facilius liberantur.
Nō si litteratissimus quispiā: aut aliter spectabilis
seu quiscūqꝫ alius: quia non iuxta suum desideri-
um: et ad votum iam admissus extat: ordines pro-
pterea paruipendens ad secularia respiciat et indi-
gnāter retrouertitur iam ille spūi sancto ꝓhibet testi
moniū: ꝙ homo tal' leuitatis ꝛ incōstātie retro abi-
ens nō valde aptus est regno dei. Et sancta gaudebit
ecclesia hunc sibi in sacerdotē nō ordinari: qui oī va-
nitatis vento a deo facile circūferꝭ. Quali eni cordis
et q̄ꝫ arida deuotione se ad sacros ordines ingerebat:
qui sic victus impaciētia quos nō valuit optinere sa-
cros ordines ꝑuipēdit: ꝛ eos nitiꝭ ꝙ i se est ꝓpe blas-
phemare. Nos autē ista cogimur de pͥcipuis ꝛ studi-
osissimis litterarū scribere: vt discāt mediocres ne di
cā indocti ꝛ rudes pacienꝭ tollerare: si quādo a sacris
ordinib⁹ sepi⁹ ꝑ iustos exaīatores arceātur. ¶ Quia
vero de mediocribus iam sermo incidit velim oēs in
telligant ordinādi. oīo eos reiciēdos semper et vbiqꝫ
a sacris ordinibus: qui in doctrina bonaruz litterarū
nō adhuc peruenerunt ad statū saltē sciētie mediocrē
Mediocres ꝓfecto reputādi: nullo existūt modo: qui
grāmaticaliū lr̄arū expertes et inopes eā nō callēt grā-
matice sciam qua saltē latinos codices maxīe sacros

A.iij.

queant prompte expedite et secundū integritatē iustā legere: et sensus ac sententias litterales prout iacent eorundē librorum rite secundū ordinē constructionis exponere: et hoc nō tardiuscule: sed faciliter quidē: vnde appareat eos non tenuiter aut leuiter lr̄as apprehendisse: sed scie et cōstructionis possessionē habere radicatam et quasi consummatā. Igitur quicūqȝ sacras lr̄as: vel omnino latinā linguam perperā legunt vel qui legendo a iusta sepe titubant serie verborum: vel tā tardo eorūdē legunt interuallo: vt nullū lingue latine vsum exercuisse videant̄. hii interea a sacris arceantur ordinibus quoadusqȝ per studii diligentiā euaserint in doctrina litterarū peritiores. Similiter qui natura desides sunt/qui obtuso crasso et tardo ingenio: et q̇ deniqȝ ipsos sacros sēsus nō valēt exprimere vel intelligere abigēdi sunt: vt vel aliis artificiis nature sue magis accōmodatis sese applicēt: vel vberiorem et diuturniorem exhibeant diligentiā ad studiū lr̄arū: quousqȝ valeāt saltē inter mediocres grāmaticos numerari. In quibus mediocribus tā altā requirimus grāmaticalis sciētie radicē/tā firmā/tā fixā: vt spes sit q̄ ipsi soli sine aliis doctoribus ex solis libris et studio diligenti queāt indies magis et magis legendo atqȝ studēdo proficere. q̄ si ad hanc scie radicem non adhuc perueneris carissime et o amantissime: vt iuste legas et expedite: vt faciliter et prompte constructionis sensum exprimas: si non talem te sentias aut apud teipsum te iudicaueris noli (te queso) per merā presumptionē teipsm offerre examinatoribus. Noli eū gradū supra te in ecclesia dei querere: cui neqȝ nunc: neqȝ toto vite tp̄e valebis idoneus ministrare. Nā ante susceptos sacros ordines qui ad hūc mo

diocrē statū non euaserunt raro vel nunq̄ vidimus post susceptū sacerdotiū in aliqua eos litteratura pro fecisse: sed semp stulti/semp stolidi ad decrepitā etatē tales permanserunt. Et ꝓpterea apud rudē plebem existunt huiusmodi etiam de manifesta ignorātia no tabiles in magnum scandalum totius sancti socerdo tii. Igitur quisq̄s es probus ꝫ strenuus iuuenis: sic te cum potius conuenit meditari. Nolo inter feces cleri ricorū numerari. Nolo ego nobilitatē sancti ordinis per me violari. Ex hac namq̄ꝫ stoliditate ex hijs tene⸗ bris ignorantie: illud deplorandum magnū malum per totam dei ecclesiam obozitur: q̄ vbiq̄ꝫ per villas et rura rustici et rurales habundant sacerdotes: par⸗ tim qui sordido et seruili se exercēt opere/partim qui tabernis/ingurgitationibus et ebrietati sese dedunt: hii mulierculis carere nō possunt/isti ludicra sequun⸗ tur ad talos tota die et thesseras: et huiusmodi genus nugarum sunt qui vanitatibus venationis et aucu⸗ pii tempora consumunt: et sic vitam deducunt totam omnino desidiosam ꝫ irreligiosam ad extremam sene ctutem: neq̄ꝫ aliter fieri potest. Nam cum isti omnes bonas litteras prorsus ignorent quomodo possunt in lectione et studio proficere vel delectari? Quin poti⸗ us abiectis libris et contemptis: ad predictam mise⸗ ram et insuauem vitam vndiq̄ꝫ conuertuntur: que⸗ rentes torpori suo et ociositati in talibus nugis satis facere. Quocirca o boni iuuenes oēm istam refectio⸗ nem vestrā ab ordinib⁹ quā conqueritis: grato poti⁹ accipite animo q̄ diu nō sentitis in vobis acre deside⸗ rium multo magis ad legendū ꝫ studendū in libris le gis dei: q̄ his sordibus et seculi vanitatibus impli⸗ cari. Tale aūt ꝫ tā sanctū desideriū vos tenere ipossi

bile est: nisi ante susceptos sacros ordines tanta doctrina prouecti fueritis: tam bene inbuti litteris: vt delectabilis et facilis vobis videatur multorum transcursus et lectio librorum: nec sensuum vlla pene constructio vobis appareat valde difficilis / vt sic interlegendum expedite: et faciliter sensum saltem litteralem valeatis apprehendere. Sine igitur isto tali mediocri doctrina: vos semper iure et merito repulsos ab examinatoribus iudicate. Que michi iam dicta omnia preparata et ferme consummata esse debent ante susceptionem vestri subdiaconii ne postquam (cum reuerti ad seculum vobis liberum non fuerit) sub graui et importabili onere multo magis ingemiscatis. ¶ Patrum preterea canones multos prohibent a sacris ordinibus ob quedam impedimenta quorum vos ipsi magis conscii estis: quam vestri possunt esse examinatores vt qui spuriis et illicitis nascuntur natalibus / serui quoque nati nec manifesto scripto adhuc manumissi / qui vel occulta lepra / vel verisimili expectatione lepre laborant / qui morbo caduco / qui latentur deformes et monstruosi sunt qui membrorum aut alicuius membri lesuram perpetuam aut sacrutam paciuntur: vt manuum et digitorum diuaricationem / aut stuporem non facile apparentem seu incipiente oculorum albugine / aut alia eorum egritudine: que / quo euadat non dum manifeste comperta est aut quouis alio latente defectu (nam de manifestis facile iudicium est). Verum in hiis omnibus / vt libera gaudeas et leta conscientia / o probe iuuenis / hoc securum audi et accipe consilium. quod si in hiis aut reliquis huiusmodi (etiam exiguus) vel ipse de te

subdubitaueris: vl alios de te dubitare credis vel au dis submurmurare. Semp rem totã grauitati ma ioris examinatoris pandito nichil celans aut vlla ar te membra tegens debilia. Sed eius iudiciũ cũ omni paciẽtia & gratia expectato parat9 in hiis omnibus eius parare mandatis. Nã si arte aliqua aut tua so lertia hiis occultatis ad sacros subrepas ordines: per totã vitã aut te premet pondus orte conscientie: vel si absolutionẽ merueris (que in multis solum aposto lico reseruat) teneberis tñ sẽp. cũ culpe occurrit me moria lachrymis penitẽtie tantã deflere presumptio nem. Ne ergo sacerdos fueris semp pplexus et anxi9 aut saltẽ sepe penitẽdus: age preuenias in hiis omni bus per simplicẽ et nudã hor confessionẽ faciẽ dei ex premẽs omne latens vulnus precipuo examinatori: et securius postea accedes cotidie ad tanti altaris sa crum ministerium. Hoc loco abhominabiles deo exi stunt. illi oẽs et singuli qui subdola arte / fraude / fur to / per falsũ: vel mendatio: aut cũ scribis et examina toribus / muneris conuentione (que redolet labem si moniacã) aut qui carnali hiis beneuolentia absq3 exa minatione debita optinẽt sua noia in ordine admisso rum redigi. Et tãto secũ crimine contaminantur oẽs et inuoluuntur fraudis & facti conscii cooperantes et ɔsẽtiẽtes: vbi si de cetu istructior q̃spiã siue ipse admis sus sit siue minime. tamẽ in tanta multitudine p al tero sodali examinationi se supponat: et mentiẽdo al terius nomen pro se det examinantibus. iste a susce pto ordine merito redditur suspensus & ad omnes de inceps ordines inabilis quo ad p penitentiã tanti cri minis mereatur absolui ab eo qui habet in eiusmodi facultatẽ. Talis quoq3 se ingerens nullo potitus or

dine: nec forte eos querẽs: sed procaciter contempnẽs sciat se interea manere execrabilem extra numerum fidelium quousqꝫ mereatur debitam eum penitentia absolutionem. Similiter qui sese vniuersitatis graduatos mentiuntur vt euadant examinationem: aut alijs simile perhibent testimoniũ pro eis mentiti execrabiliter delinquunt: quorum perditorum hominũ cor sathanas temptauit mentiri spiritui sancto. Qui etatem annorum cum incerti sunt asserere audent inter mendaces computantur. Multo autẽ magis qui in his certum sibi fingunt mẽdaciũ: cuius culpe sepe fiunt parẽtes participes (ne dicam etiã impulsores) qui propter ambitionẽ secularẽ vt filios in clericatũ trudant: audent etatẽ satis prouectam filijs multis modis nuncupare: aut saltem sompniare: nec deum nec ecclesiam dei in re tanta iusto timore metuentes. Nam paupertatis inopia grauati per filium sacerdotio intrusum sperant et expectant vitam lautiorẽ. Hic nemo putet vllo modo ad sancte elemosine opera pertinere: vt pauperes aut pauperum filij citius pre alijs ad ordines promoueantur: non enim in carnalem et corporalem subuẽtionem: aut vllum commodum temporale ordinis sacri gratia eroganda est. Sed vt hic vultus potentis non est honorandus: ita nec pauperis persona accipiẽda est: adeo ꝙ si quis: vt facilius admittatur suã vel parentũ paupertatẽ allegauerit reiciendus est cum graui correptione ꝙ non corde perfecto sequitᷓ dñm: nec scitᷓ habet sacrorũ desiderium. Quippe ꝙ ex hiis spectare ꝛ sitire videtur potius commodũ corporis temporale ꝙ eternã spiritus querere salutem: cuꝰ hic proprie pignus datur et cum omni mentis deuotione recipi debet et reuerẽtia

In isto ergo admissiōis iudicio soli preponunt: quos competens doctrina: et bonorum morū probitas magis exornauerit. At humanitatis et gratie pbitas sepe lucessit in natura potius liberali: que se seruat idonea et condigna cum corporis tum anime munditia: nec rudibus atteritur seruilibusq; operib⁹ / vbi incessus / vultus exterior / vestitus / non rusticus sit nec clericis indecor⁹. Vero multo magis magno vituperio digni sunt: pimo ab hijs sacris ordinib⁹ longi⁹ arcēdi qui vanitate vestium gloriosa gaudēt splendere: aut laico amictu incedentes: nichilominus audent se offerre examinandos: qui profusos capillos et comam nutriunt capitis: qui faciem prese ferunt luxus leuitatis et omnis insolētie. Istis licet litteratissimis sacer ordo conferendus non est: quo ad certa signa seu testimonia econuerso ediderint sanioris animi & melioris modestie. Restāt pter hec & alia grauissia: quedā ipsis canonib⁹ annotata: vt q̄ precōtracto mrimonio implicati sūt & reliqua hmōi que quia raris & paucioribus pertinent: nos ea ꝯsulto pretermisimus a peritioribus iuris pquerēda. Illud vnū singulis & oībus i cōe dictū esse volum⁹. Qui vel horridi sceleris sut: vel canonici impedimenti: sibiipsis secreti⁹ sunt ꝯscij: ad sacros ordines nullo modo presumant accedere: nisi vt vere miseri viuere velint sacerdotes (vt diximus) vel egre & moleste ꝯscie: vel ad min⁹ dure et rigide p totā vitā pnie. ¶ Superest autē nūc o pclari iuuenes: vos quasi admissos et in subdiaconatū saltem coaptatos gratiati oēs alloquamur & exhortemur i dño: vt tā sublimib⁹ & diuinis sacramētis iniciati & iā ordinati deinceps omne scelus: oē flagitiū: oē crimē & turpe facin⁹ oēs vitiorū feces longe fugiatis & detestemini. Vir-

tutem vero omnem et probitatem sectemini/castitatem/pietatem/pacientiã oẽm: et omnen charitatem Uerum quia id sermonem exigeret longiorem. Nos quinq; tantum genera vitiorum paucis expediemus a vobis summopere detestanda q ex hijs citius oriri solet frequens et turpis infamia in omnem clericatũ Luxus igitur impurus et insana carnis libido primũ abhominanda est: vt castissimo vos corpore seruetis non modo ab omni actu ipudico et libidinoso: sed etiam ab omni specie prurientis libidinis. Appostolo clamante: ab omni specie mala abstinete vos: et iterum fugite fornicationem/ vbi nobis prohibetur non solum cohabitatio: sed et omnis familiaris aut suspitiosa cõsuetudo cum mulierculis. Nam qui tangit picẽ coinquinabitur: et caro nostra fragilis nõ minus prona est ad ruinam (si affuerit leuis occasio) quam stuppe aride ab igne proximo facile accenduntur. Deinde a feruida ira nos temperemus oportet/ne perseuerantis iracundie furore rapiamur. A quo decet nos semper cohiberi: hic nobis omnis percussio violenta prohibetur et cruentorum vsus armorum cum arma sacerdotum sunt preces et lacrime/ et leges ipse prohibendo canunt vituperium de clerico percussore.
Tertio/ illa rapax et perniciosa pestis auaritie procul nobis vitanda est: de qua apud populum omnes pene sacerdotes valde insimulantur et notantur/ quasi vel quod sumus auidi ad amplas pmotiones/ vel duri et tenaces in retinendis et cumulandis pecunijs/erogationem admodum tenuem/ vel nullam exercẽtes in opera pietatis Proh pudor quam callidi notamur in cõtractib⁹/Quã sumus emptioni vediti studiose et lucrosis vẽditionib⁹/hij agros cõducunt et

vberiora pascua: vt brutorū armenta & ouili greges pascātur pinguius / nō cogitātes nec curātes de pascuis vel pprian aīan. Per istos pphanat & cōtaminat honor scti sacerdotii. Quarto xp̄o docēte caueamus ne corda nr̄a crapula grauēt & ebrietate et pp̄ter hoc potatorum ingurgitationē & tabernarum sodalitatē fugiamus. Nā nichil turpius crapulēto & ebrioso clerico. Postremo valde vigilandū nobis est ne tota vita nostra languens et desidiosa appareat torpore & vanitate plenissima. Ubi ab assidua venatione ab aucupio a ludis theatralibus / a turpi lucri ludis / ab id genus leuibus nugis / a consuetudine nimia et sodalitate laicorum et talibus multum deterremur vt palam fiat Nos alium cibum habere manducare vt faciamus eius precipue voluntatem qui nos misit & admisit vt ei potissime placeamus cui per sacros ordines. nos pbauimus & iure dedicauimus. Uertamur ergo ad studiū lectionem et contemplationem sanctarum scripturarū contra hunc indignum torporem et fastidiosam desidiam ne concessa nobis tēpora infructuose & inutiliter consumamus. Esto q̄ horarum canonicarum pensum debitum et missarum inter nos sacrificium cotidie deo etiam debitis horis immolemus. Esto etiam q̄ in choro (vt magis decorum est) psallendo et canendo: deuotam et conuenientem temporis moram ad mediam vsq̄ diem protrahamus. Nō tamē ex hiis putemus nos sancto sacerdotio nostro satisfecisse / nisi per id quod residuum est dierum et noctiū languidam et turpem desidiam quibusdam sanctis operibus a nobis fugauerimus Cōstringimur (fateor) corpis necessitate. que iter clericos seruare debet cibi potus & sōpni tēperātiā. Modesta solatia nobis

permittunt sed ea melius et iocundius inuicem per-
ficiemus sermone sancto et verbis edificatorijs. In-
terdum ad preces et deuotā cōuertamur meditationem
Precipuum autem contra inertem torporem pre-
stat remedium lectio assidua et reuolucio librorum le-
gis dei et scripturarum: quos ante nos sancti patres
et doctores ediderūt. In quorum opusculis iam per im-
pressionem habundantibus possunt vel mediocriter
eruditi / varium et iocundum colligere solatium. Ad
veram sacerdotij artem tale pertinet studium. Et vt
manualis artifex preter oppellam exteriorē merciū:
habet interiorē officinam sui operis in qua nisi per
varios dies diligenter operetur non facile per artem
lucrabitur vite necessaria: sic nos preter dei tem-
pla et sacella in quibus orantes cotidie et psallentes
quasi merces exponimus viatoribus. exercere debe-
mus officinam studij interiorem sacra lectione et eru-
dicione: vt ditescamus i doctrina ne vite eterne nobis
desint necessaria. Ociosi enim ab huiusmodi ope fru-
ctuoso nō facile vitabimus spiritualem inopiam nec
aliunde habere possimus vnde verborum dei sanctam
consolationem populo exponemus. Quare fratres
carissimi tunc putemus iustos nos esse sacerdotes si
nobis solatio / si consolationi et gaudio fuerit tale
continuū studiū sanctarum scripturarum. Hactenus con-
tra desidiam: nam de radice viciorum superbia et eius ne-
quissima comite inuidia tacuimus quia per verā humilita-
tem quā initio sermonis cōmendauimus vtrumque
vicium confidimus extirpandum. Mementote au-
tem nos vobis ordinandis hec scripsisse omnia: re-
spicientes tantum ad debitum honorem et sanctam
cōtemplationem corporis christi veri idest sacro san-

cte eucharistie corporis et sanguinis domini nostri ihesu christi cotidie in altari a vobis immolandi. quasi de corpore christi mistico idest toto populo christiano (super quo etiam vobis confertur ab episcopo facultas alta / cum dicitur. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis: et quorum retinueritis retenta sunt) vos nunc admoneremus iam magno et latiori sermone opus esset pro tante rei dignitate. Sed nos in verbis potius apostoli Pauli sermonem finientes id ferme quod ille thimotheo scribens in singulo quoque requirit Episcopo. Nos ad omnes et singulos Iure transferimus sacerdotes. Opportet igitur sacerdotem irreprehensibilem esse / sobrium / ornatum / prudentem / pudicum / hospitalem / doctorem / non vinolentum / nō percussorem / sed modestum / non litigiosum / nō cupidum: sed sue domui bene prepositum: si quis autē sue domui preesse nescit: quomodo ecclesie dei diligētiam habebit. non neophitum ne in supbiā elatus: in iudiciū incidat diaboli. Opportet aūt et illū testimoniū habere bonū ab hijs q̄ foris sunt vt nō in opprobriū (scilicet laicorum) incidat et in laqueum diaboli. Quibus salutiferis apostoli verbis: post acceptū a vobis sacrū sacerdotium vt in oībus rite conformamini / prestet ipse primus et precipuus sacerdotū / dominus iesus christus cui cum patre et spiritu sancto sit omnis honor et gloria in secula seculorum. Amen.



Uerū vtile pfecto videtur vt per industriam artis Impressorie sermo iste disgat p prouinciā in oī ludo litterario in quo sermone quasi in speculo vniuersa iuuentus scolaris sese intueatur preceptoribus eū docētibus z legentibus suis scolaribus: continuo vt videātur abiles ad hui⁹ sermonis intelligētiā. Precipue autē p eosdem p̄ceptores puerciorbus legatur inculcetur z quasi omni modo declaret z disputetur p quindenā aut mensem ante tēpora singula celebrādorum ordinum ab ecclesia. Ut vel sic deo propicio apud quorundā electorz mētes hic sermo rite fructificet quo non amplius negligenter aut pcaciter: sed cū pia z sūma (vt decet) reuerentia ad sacros tandem ordines accedant feliciter admittendi. Amen

¶ Hunc sermonē legi diligenter et lectū approbaui: et decreui imprimi posse sine periculo.

Joannes Colet.



1494

